e ¶Pro declaratione. qñ iudex possit emandare, vel interpretari sñiam iã latam: vide in. l. dicere de arbi. vide etiã ad hoc Bald. in. l. error. in vlti. colũ. de iur. & fact. igno. in. l. quia arbiter. ff. de arbi. & in. l. j. j. senten. rescin. nõ pos. & vide tex. in. c. qualiter. el. j. de accu. & ibi gl. vide Ang. & Imol. in. l. iudex de re iudica. Alex.

f ¶Regula est. Limita singulariter hoc esse verũ, nisi pro quo lata est sententia, cõfiteatur sñiam esse iniquã qa tũc ipsemet iudex poterit ipsam retractare: vt voluit Innocen. in c. qa pleriq;. de immu. eccle. & Bald. in auẗ. ad hæc. de vsuris. ¶Itẽ, limita, nisi post sñiam q̃ in rẽ iudicatam transiuit admissæ essent pbationes in cõtrarium, pte non appo. qa tunc idẽ iudex poterit sñiam retractare. ita voluit Innocẽ. in. c. cum dilecti. de rescrip. in. c. cũ Bertoldus. de re iud. & in. c. fraternitatis. de frigi. & malefi. ¶Itẽ, limita. nisi in sñia excõicationis: vt in ca. sacro. extrà de senten. excõ. Ale. ¶Adde qñ iudex posit suam sñiam corrigere, Spec. & Io. An. in addi. in ti. de sña. §. qualiter versiculo. hoc quoq;.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Sententiam edi in scriptis non satis esse: sed debet recitari in scriptis.*
2 *Sententia nulla non impedit, quin sententietur.*
3 *Sensentia lata à iudice non sedẽte: & in qua non dicitur, sedente: non ualet.*
4 *Iudex timẽs partes, & qui non habet locũ maiorum deputatum, & ab initio certum locum non determinauit, nec ei determinatur: potest secundò pro tribunali super curru, uel equo, pronunciare.*
5 *Iudex si propter aliquam infirmitatem sedere non potest: sedeat prout potest, & pronunciet.*

ARbitri. Sentẽtia debet scribi, & in scriptis [a] recitari: & p iudicẽ pferri: nisi sit de maioribus, qui poterit pferre p aliũ si aliter fiat, sñia est ipso iure nulla. h. d. totus tit.
1 ¶†No. qđ nõ sufficit sententiam edi in scriptis: sed debet recitari in scriptis.
2 ¶No. ij. [b] ꝙ† sententia nulla nõ impedit, qn sentẽtietur. vide plenè in. l. si vt pponis. & . l. si præses. š. tit. j. ¶Modò aduerte hîc. p declaratione tex. hîc dicitur arbitri. quæro, de quo iudice loquatur. Gl. dat tres respõsiões, vna, quòd dicit arbitri. i. iudicis ordinarij. Simile in. l. quisqs. š. de postu. & secundũ hanc, vide casum, quòd qñ sñia iudicis ordinarij est nulla põt adiri superior, vt iterum pronuncieẗ. & vide gl. dixi. in. l. si vt pponis. š. titu. j. & ibi plenè. ¶Secũdò, potest intelligi de iudice delegato: tunc hæc lex procedit sine scrupulo: vt. d. l. si vt pponis š. ti. j. tertiò, põt intelligi de arbitro cõpromissario & secundùm hoc, frustrà dicit, omissa puocationis mora: quia etiã si teneret sententia, nõ posset appellari ab arbitro: vt. š. de arbi. l. j. ¶Op. de. l. si quisqs in fi. š. de postu. & in auẗ. vt ab illu. & q su. eos sunt
3 §. j. † vbi requirit, qđ iudex debet sedere: aliâs nõ valet. Solu. dicit gl. quòd hæc. l. suppletur p illas: qa iudex debet sedere. Alij dicunt, qđ iudex debet sedere in cognoscendo, nõ in pnunciando: & in hanc op. videtur inclinare Pet. cõmuniter tenetur cõtrariũ. s. qđ debeat sedere, etiã in pronũciando. Nam quiescendo, & sedendo, homo fit prudens &c. Itẽ: quia hoc pertinet ad iudicis honorẽ: vt. l. quisqs. š. de posth. & . š. vbi senato. vel cla. l. fi. & ideo sis cautus, quãdo proferẗ sñia: ꝙ facias scribi, iudice p tribunali sedẽte. Si em̃ nõ diciẗ sedẽte, nõ valet: vt. l. à
4 pcedẽte. š. de dila. & hac gl. qđ tene mẽti. ¶†Quæro: qd si iudex timens partes ascendit currũ, vel equũ [c] & ibi sedẽs pro tribunali pronũciat: an valeat? gl. dicit ꝙ sic: super verbo recitauit. & illud dictũ ĩtelligo verũ, in iudice q non habet locũ maiorũ deputatũ: quẽ debet tenere: aliâs illum debet seruare: vt. l. penul. de iust. & iure. Itẽ intelligo in iudice, q ab initio certum locũ non determinauit ad hoc, nec ei determinatur: nã aliâs deberet illum seruare: vt. l.
5 si vt pponis. la. ij. ti. j. ¶†Quæro: quid si iudex propter aliquam infirmitatem non potest sedere? Respon. sedeat put potest. ita not. Ioã. and. in. c. fi. de re iudica. lib. vj.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Respondẽdo, pronunciando, uel dicendo, subitarius nemo esse debet.*
2 *Iudices maiores possunt per alios senten tias recitare.*
3 *Sententia in qua libelli tenor non inseritur, non uitiatur.*
4 *Iudex num sentẽtiã suam emẽdare, aut interpretari queat?*
5 *Interlocutoria etiam sine scriptis, ualet.*
6 *Interlocutoria si requirit causæ cognitionem debet proferri iudice pro tribunali sedente.*

HAc lege. [d] Summaui eam tibi ĩ præcedẽti leg. et primò ponit, qualiter sñia dʒ pferri. Secũdo ea lata phibet eã corrigi. tertiò à p̃dicto dicto excipit maiores iudices. secũda ibi: sʒ nec. Tertia ibi, exceptis.
1 ¶†Not. quòd quis non debet esse subitus in rñdendo, pronuntiando, vel dicendo. ¶Nota secũdo, ꝙ sñiam latam, siue datam, non
2 licet corrigere. ¶Tertiò, no. † ꝙ maiores iudices, possunt p alios sententias recitare. ¶Opponi. ad primum, & videtur, ꝙ debeat dari sñia subitò: vt l. j. ff. de damno infecto. Solu. dicit glo. ibi est speciale. Tu dic, ꝙ nec sententia datur subitò, sed acceleratur cognitio. ¶Circa istam primam partem quæro quid est dictum hoc, ex libello partibus legerent? glos. dicit propter duo. Primò, qa hæc tabellio scribit in libello suo. Secundò, quia libellus datus in causa ponitur in sñia. dicunt enim iudices, talis cognitor &c. viso infrascripto libello, cuius te-
3 nor talis est &c. ¶†Quòd libellus inseratur in sententia, licet nõ seruetur communiter: tamen si omittatur, vt puto, non vitiatur sñia. Nã hîc nõ loquitur de libello dato à partibus: sed de libello ipsius sentẽtiæ. Item debes scire, ꝙ propter istud, quòd sñia debet ferri super eo, quod petitum est in libello: vt l. vt fundus. commu. diui. & . l. pompo. scribit in negotijs. in fi. ff. de neg. gest. dicimus, ꝙ in causis summarijs, vbi non est necessaria libelli oblatio, quælibet petitio debet pcedere: vt hodie habemus exp̃s sum in. c. sæpe cõtingit. de verb. signi. in cle. ¶Sciatis etiam, ꝙ si non apparet ex actis, quòd iudex primò sñiam sibi scripserit: & eam emendauerit: si tm̃ apparet, ꝙ in scriptis est lata, sufficit. Hoc em̃ approbat cõsuetudo. & ista verba quæ hîc sunt quòd iudex debeat sibi ante formare, est magis consiliũ datũ iudici, q̃ sit præceptũ. qđ verò seqtur, ꝙ ipse debeat legere: istud est præceptũ: & ita obseruatur. ¶Venio ad secundam partem, dicitur hîc qđ non potest corrigere. cõtrà. ff. de re iudica. l. actorũ. So. verum est, ꝙ potest corrigere, quò ad latinitatem, & verba, nou quò ad substantiam: ita loquitur hîc. ¶Op. de. l. ab executore. ff. de appel. Sol. vt in gl. ¶Item oppo. de. l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præsi. dicit glo. Fallit in mulcta. Tu dic, ꝙ sñia ibi non mutatur, sed mulcta remittitur à præside authoritate leg. sicut quilibet homo posset remittere quãtitatẽ in qua quis sibi esset obligatus. & hoc fortè voluit sentire glos. ¶Oppo. de. l. Paulus. ff. de re iudica. Sol. vt in glo. ¶Item, opp. de. l. diuus. ff. de in integrum restit. Sol. dicit gl. Fallit ibi veritas est, quòd ibi non fallit: nõ enim corrigit iudex ex officio suo sed petita restitutione in integ. ¶Et ideò p declaratione [e] istorũ debes scire: †aut iudex vult suã sen-
4 tentiam emendare, aut interpretari. Si emendare, aut circa verba tm̃: & potest: vt. l. actorũ. ff. re iudi. aut circa substantiam, vt puta addendo, vel detrahẽdo: & tunc, aut circa accessoria: & potest eadem die addere: vt. l. Paulus. ff. de re iudicata. Aut circa alia: & tunc regula [f] est, quòd non potest, vt hic: nisi per viam restitutionis in integrum: vt. ff. de in integr. rest. l. diuus. & per totũ illũ ti. & . š. si aduer. rẽ iud. per totum. Item, per viã supplicationis: vt in auẗ. quæ supplicatio. š. de preci. Imp. offe. & . š. tit. ij. l. j. Item, per viam propositæ exceptionis, in casib⁹, in quibus exceptiones possunt operari post sñiam vt, no. plenè in. l. j. š. de iur. & fact. igno. Si verò quæris, an posit interpretari? distingue: aut est iudex, q habet merum imperium, & potest: aliàs non: vt l. ab actore. ff. de appel. ¶Venio ad tertiam partẽ, dicitur hîc exceptis tam viris &c. ¶Quæro: à quo fiet hæc exceptio? dicũt quidã, à proximo. q. d. isti maiores iudices possunt istam suam sñiam corrigere: hoc non est verum. Non enim permittitur, nisi principi: vt. l. j. §. de qua. de postulã. & . l. j. in fi. ff. de quæstio. Dicendum est ergo. ꝙ hic intelligiẗ ꝙ fiat exceptio à primo dicto, ꝙ nõ legãt p se sed per suos ministros. hic loquiẗ de sententia diffinitiua. ¶†Quæro: quid in sententia interlocutoria: [g] debet ne recitari in scriptis? breuiter, puto quòd non.

g ¶Interlocutoria. vide Bart. in. l. nequicq;. §. vbi decretum. & ibi dixi ff. de of. procõ. & vide Bal. in. l. terminato. j. de fru. & lit. expẽ. & vide Bal. & ang. ĩ. l. patris & filij. ff. de vulg & pup. & vide gl. sing. in. c. fi. in ver. manes. de elect. lib. vj. & vide bal. š. l. pxi. & vide Bart. in. l. iij. ff. de appel. recip. & vide plenè Bal. in. l. j. in. ij. colũ. š.

eo. & vide Imo. in l. patris, & filij: vbi dicit, quòd si cōdēnatoria expensarū nō requirit scripturā, in qua etiā nō reqritur iudicē sedere ꝓ tribunali. & ponit Bar. hic etiam in fi. in taxatione expensarū. Idē secūdùm Bar. in l. iij. in ij. col. de fruct. & lit. expen. vide aliquid ꝑ domi. Alex. in l. iustè ff. de acq. pos. & vide in l. fi. C. de pri sco. lib. xij. & vide q̄ habes in l. paul. ff. de re iudi. alex.

a ¶ Scriptis recitari. Idē tenet in l. j. ff. de iud. Alex.

b ¶ Per alium. & vide hîc, an possit cōmitti alteri, vt legat sententiam? vide Bald. s. eodē in l. j. ad finem. & in interlocutoria: vide Barto. & Bald. hic. Alex.

c ¶ Illiterati. vtrum illiterati possint esse iudices & potestates? adde, quia est tex. & ibi bar. in l. ex parte. j. de decur. lib. x. & ꝙ ꝑ notariū possint pronunciare, adde Barto. in l. j. §. j. de postu. & per Cyn. in l. certi iuris. s. de iudi. & ibi glo. & vide glo. authē. de iu. §. j. & aliqd ꝑ Ang. & Imol. in l. quidā consulebant. ff. de re iudi. alex. ¶ Adde Specul. ti. de iudi. delega. §. excipit. ver. itē, quòd est illiteratus.

d ¶ Dicebam. vide Iaco. but. & dictū eius refert bald. in l. hac cōsultissima & ibi vide domi. Alex.

e ¶ Non dicitur lecta. qd si non dicit lecta, sed solū data fuit, vel sententia liberis promulgata? Idem dicit Bar. in d. l. sciendum. in fin. de verbo. obligatio. vide etiam Bald. in l. j. in ij. colū. s. eo. & Bal. ī l. si is q. ff. de test. ꝑ Spec. in d. §. iuxta. versi. nō valet gl. in c. fi. in prin. in verb. iniustā. de regu. iur. in. vj. & vide Bal. in l. fidei cōmis. §. j. de leg. iij. & doct. in c. fi. de re iud. & Ang. in repe. l. sciendū. ī fi. de ver. ob. alex.

f ¶ Breuiores. secundū bal. in l. ij. ī. iij. co. s. de peda. iudi. Intellige de causis à centū aureis īfrà.

nā solū in diffinitiua est positus iste ordo, in alijs ergo remanet regula, qđ tm̄ valet, si fiat sine scriptis, quātū in scriptis: vt. s. de pactis. lege pactum. ¶ An aūt iudex debeat sedere ꝓ tribunali qn̄ interlocutoria fertur? est distinguedū. Aut † illa interlocutoria reqrit causæ cognitionē: & debet fieri iudice sedēte ꝓ tribunali: aliàs nō. vt lege, à procedente. suprà de dila. & ff. quis ord. in bo. pos. ser. l. ij. §. dies. & no. per Dyn. in l. qđ iussit. ff. de re iudica.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Sententia debet ferri, & recitari in scriptis.*
Sentētia nulla, nō habet nomen, neque effectum sententiæ. ibi.
2 *Interlocutoria, quæ non requirit causæ cognitionem, potest ferri per alium iudicem.*
3 *Laici illiterati esse iudices, num possint?*
4 *Sententia in qua non dicitur, in his scriptis: an præsumatur in scriptis lata?*
5 *Sententia in qua non apparet aliquòd uerbum, ex quo colligatur quòd fuerit lecta, est nulla.*
6 *Promulgare, est sententialiter legere ex scripti recitatione.*

Statutis. Summaui in præcedēti. Primò, recitat leg. præcedētē. Secūdò, illi addit. ¶ † Not. qđ sn̄ia debet ferri, & in scriptis recitari.[a] ¶ Secūdò, no. qđ qn̄ sn̄ia est nulla, nō habet nomē, neq; effectū sentētiæ. Et ideo dicūt aduocati, cōtra talē sententiam, si sententia dici pōt: quod tn̄ negat, vel cōtra tale instrumētū, si īstrumētū dici pōt. ¶ † Circa hāc legē quærit gl. vtrū sententia interlocutoria possit ferri per aliū:[b] Gl. dicit quòd sic: vt. l. diē. in principio. ff. de arbit. & l. sed & si interpellat. §. primo. eo. ti. quod intellige. qnādo sn̄ia nō requirit causæ cognitionē: aliàs sec⁹: vt not. in l. nec quicq;. §. vbi decretum. de offic. procon. & legat. et l. omnia quæcūq;. ff. de regu. iuris. ¶ Secundò, quærit gl. † vtrùm laici illiterati[c] possint esse iudices? videtur quòd non: cum enim ipsi habeāt ferre sententiam ex scripti recitatione, si nesciunt literas, nō poterunt legere, nec iudicare. glo. determinat contrarium: vt videmus tota die, quòd potestates terrarū, sunt milites illiterati. & hoc verum est, in his qui videntur esse de maioribus iudicibus, qui recitant ꝑ alios: vt. l. proxi. in fine. Præterea ciuitas eligendo talem illiteratum, videtur velle quòd per alium legat: vt lege quidam consulebat. ff. de re iudicata. ¶ Et propter prædicta, dicebā[d] semel in ciuitate ista. In sententia erat scriptū, data lata sentētia, per dictum iudicem iustitiæ: & lecta per me notarium, de mandato dicti iudicis &c. An valeat? dico quòd sic. Nam iudex iustitiæ huius ciuitatis, iudex est appellationis, & à potestate appellatur ad eum: ergo ipse est superior potestate, sed potestas habetur vt de maioribus iudicibus: vt hic in gl. ergo &c. ¶ Sed quæro, † quid si in sententia non dicatur in his scriptis: an præsumatur in scriptis lata? Spe. ponit istā quæstionem in tit. de senten. §. iusta. ver. non valet. ibi distinguit, an prolata est sententia in prima persona, an in tertia? & dic vt ibi. ¶ Quæro quid si non dicitur lecta,[e] sed dicitur solùm, data fuit dicta sentētia per dictum iudicem? Breuiter, puto quòd nisi appareat aliquod verbum, ex quo colligatur quòd sententia fuerit lecta, erit nulla: vt. s. eo. l. j. Et aliàs vidi quandam sententiam: vbi non erat appositum nomen lecta: sed erat ibi dictū sententialiter promulgata. † Promulgare enim, est sententialiter legere,

vide Bart. in l. diuus. ff. de bo. dā. Et fama in istis causis habet vim plenę probationis: vt per Bar. & habes post eum. in l. de minore. §. tormenta. in vlti. col. ff. de qōni. & ad hāc aut. adde no. dictū Matthæ. in suis nota. primò & secūdò. & Bal. in l. imperiū. ff. de iurisd. om. iudi. post Bar. in l. iubemus. §. fanè. in fi. s. de sacrosan. eccle. Alexan.

g ¶ Dicitur hîc. adde qđ no. gl. magna. in §. sancimus. in aut. de exhib. re. & no. gl. in c. fi. de reg. iur. in vj. Adde quod not. Bar. in l. mediterraneæ C. de anno. & trib. lib. x. & quod no. gl. & doct. in c. appellationibus extrà de appella. Alex.

h ¶ Nec est mirum. & adde, ꝙ hoc dictū refert Bal. in consi. inci. citatio. cū sit facti iust. & per hoc vide quæ dixit Bal. in l. iubemus. s. de sacros. eccl. ale. ¶ Adde qđ de ptiū cōsensu sn̄ia pōt ferri si ne scriptis: vt voluit Ioā. An. post Spe. in ti. de sentē tia. §. iuxta. ver. nō valet & ēt qđ all. Guid. de suza. ita tenere per l. iudicem. ff. cōmu. diui. & l. fi. j. de tēp. appel.

ex scripti recitatione: vt hîc videtis. vnde verba hæc prolata &c. hoc important: vt in l. sciendum. de verbo. obli. & ibi plenissimè scripsi.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Causæ dicuntur breuiores arbitrio iudicis.*
2 *Processus in casu huius auth. potest fieri sine scriptis. & nu. 3. Et in qualibet graui cā, excepto libello, & sentētia procedītur sine scriptis: licèt posteà in scriptis redigatur. n. 3.*
4 *Processus quando fit sine scriptis, creditur simplici informationi iudicis.*

1 Nisi breuiores. † Primò quæro, q̄ sint istę causæ breuiores[f]? gl. ponit multas opi. ista est vera, ꝙ inspecta qualitate ꝑsonarū, hoc cōmittatur arbitrio iudicis. argumē. ad hoc in l. sed & si susceperit. §. ij. ff. de iud. ¶ Quæro, dicitur hîc[g] & maximè vilium. quid est hoc dictū? quidā exponūt viliū: scilicet, personarū. alij viliū, scilicet rerum: alij vilium, scilicet causarū. tene quā vis. ¶ Quæro, vtrùm sint aliæ causæ, in quibus debeat ꝓcedi, & cognosci sine scripto? gl. dicit quòd sic: vt in authē. vt iudi. sine quo. suffra. §. necessitatem. colla. ij. Tu adde casum in l. leuia. ff. de accusa. & quod ibi not.

2 ¶ † Quæro, hic dicitur, quòd sententia debet ferri sine scriptis: quid de processu? text. videtur dicere idem, quòd sine processu scripto cognoscatur: vt in dicto. §. necessitatem. & in authen. vt cle. apud pro. epi. §. j. Quòd potest intelligi duobus modis. vno modo, sine scripto: hoc est, quòd non detur libellus in scriptis, secundùm quod aliàs requiritur: vt in authentica, offeratur. de litis contesta. tamen bene redigatur in scriptis per notariū.

3 Sed hic intellectus non placet. † quia excepto libello, & sententia, in qualibet graui causa proceditur sine scriptis, licet posteà in scriptis redigatur, vt in c. quoniā, contra. extrà de probatio. & l. scire oportet. §. oportet. ff. de excusatio. tut. Et ideò intelligo sine scriptis, quòd inde nulla fiat scriptura.

4 † Creditur ergo simplici informationi iudicis, etiam inspectis causis breuioribus. Nec est mirum:[h] quia aliàs creditur soli relationi nuncij, secundùm ea quæ no. in l. quidam. j. de accusatio. & lege, magis puto. §. nō tm̄. de re. eo. multò magis creditur ipsi iudici, in istis leuioribus. Et hæc no. pro compromissis[i] quæ fiūt, in quibus datur potestas redigendi, seu cognoscendi in scriptis, vel sine scriptis: qa per hoc videntur partes velle, quòd eius simplici informationi, & relationi credatur. Quod tene menti perpetuò.

i ¶ Pro compromissis. & istud dictū Bar. alleg. pro no. Lu. in suo no. lxij. not. mirabile dictū, ꝙ qn̄ datur ptās arbitratori ꝓcedēdi in scriptis, & sine: statur eius simplici relationi de gestis coram eo: & sic poterit eē testis. Et de hoc dicto facit magnū festū. d. Ant. in c. cū ad sedē. de rest. spoli. & in c. quintauallis. qđ tenementi. Sed an ista ptās dari possit arbitris? vide Bar. in aut. offeratur. in fi. s. de lit. cōtest. Sed aduerte. qa cōtra illud notabile dictū Bart. tenuit hic Lu. ī l. sciēdū. de verbo. oblig. & dixit Bal. in l. fin. in v. col. s. de cō. trahē. ēpt. ꝙ arbitrator nō tenetur ꝓnunciare in scriptis. cōtra istud dictū Bar. tenet Ange. hîc, qa ꝓpter hæc daretur mod⁹ ꝙ quis nunq̄ obtineret in causa reductionis. Alex.

De sententijs, & interlocutionibus omnium iudicum. *Rubrica.*

¶ Continua vt in glossa.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Sententia nulla debet iteratò cognosci: & an ex eisdem actis? & nu. 3.*
4 *Procurator si fuit semper in iudicio, uerba sententiæ debent referri ad eum, si tenor sententiæ patitur. Et quid si non semper fuit in iudicio?*
5 *Dominus si litem contestatus sit posteà iudicium agitet per procuratorem: an ipse debeat cōdēnari, uel procurator?*
6 *Litigium si agitatum sit per procuratorem: & dominus est*

i ¶ Item: quia vbi acta reqrunt scripturā, nō possunt ꝓbari per testes, nisi probent acta facta, & deperdita in c. cum olim. de priui. in c. Albericus. de testi. Et cōtra Bar. tenet do. Ant. in c. qntauallis. circa. vj. chartā. de iureiu. & Lu. in l. sciendum. in pe. charta. de verbo. obli. & Ang. ibi. in repe. sequitur dictū Bar. hîc. Vide Alex. in d. l. sciendū. & vide Pet. de anch. in c. cū à nobis. de test. vbi dicit. d. Ant. & Abb. in c. ex literis. de proba. & Imo. in c. j. de iud. Adde, an acta præsumātur intercessisse? Pau. de cast. consi. lij. & an ꝑ testes probari possint, consi. ij.

præsens

præsens tempore sententiæ in quem debeant proferri uer ba sententiæ.

7 *Dominus si præsens, sententiæ tẽpore, uult uti iure instantiæ utili sibi cõpetenti ipso iure poterit in eum ferri sentẽtia & nu.10. Et quid si dominus tempore sententiæ mittit nouum procuratorem? nu.8.*

9 *Lis, est agitata per procuratorẽ, & tempore sentẽtiæ nõ fuit citatus procurator, sed dominus, qui fuit contumax, sentẽtia non ualet.*

11 *Lis si agitata est per procuratorẽ actoris, debet reus cõdẽnari ipsi procuratori ad dãdũ, & soluendũ, domino, & nõ procuratori. Et quid in defensore rei, an ipse cõdẽnetur. nu.12.*

13 *Iudicium si agitatum est per tutorẽ pupilli, uel syndicũ ecclesiæ, debẽt uerba sentẽtiæ referri ad ipsum pupil. & eccle.*

a NOn videtur. [a] Hæc est bona lex & sing. valde, breuiter dicit. ¶ † Sẽ
1 tẽtia ĩ qua nõ condẽnat̃ ꝓcurator, sed dñs, q ĩ iudicio nõ interfuit, est
2 ipso iure nulla. h.d. ¶ † Not. Primò, qđ si sñia est nulla, debet iteratò cognosci. Secũdò, not. ꝙ debet cõdẽnari ꝓcurator q litigauit, ñ
3 dñs. ¶ Ad primũ op. † dicit̃ hîc, qđ re ĩtegra debet cognosci. cõtrà, imò ex eiusdẽ actis: vt. s̃. ti. ij. l. si vt proponis. la. j. Solu. fateor, & intellige, vt ibi dixi. ¶ Ad secũdam oppo. j. de iniu. l. fi. Soluti. ibi tenor sñiæ nõ patit̃, vt verba referantur ad ꝓcuratorẽ: & ideò referũtur ad dñm, licet absentẽ: vt no. in. l. nihil s̃. de ꝓcu. & bñ. ¶ Ex prædictis, sumas aliquos ca-
4 sus indubitabiles: † si tenor sñiæ nõ patit̃: verba non referunt̃ ad ꝓcuratorẽ: si tenor sentẽtiæ patit̃, & ꝓcurator fuit semp in iudicio, verba sententiæ debẽt referri ad eum. vt hic, aliâs sententia est nulla. Si autẽ non semper fuit in iudicio verba sñiæ debẽt referri ad dñm: & hoc etiã nõ est dubiũ. Sed si in iudicio partim fuit dñs, & partim ꝓcurator: tũc est dubiũ.
b ¶ Pro cuius declaratione [b] quæro, † qd si dñs cõte
5 status est litẽ per se, posteà iudiciũ agitat per procuratorẽ: vtrũ ipse vel ꝓcurator debeat cõdẽnari? & videt̃ qđ dñs: vt. l. furti. §. si qs alieno. ff. de his qui not. infa. & hac. l. à cõtrario sensu Bul. & Ioan. contrà. qa siue dñs fuit cõtest. litẽ, nõ debet cõdẽnari ꝓcurator, qui est præsens tẽpore sentẽtiẽ. & allega. ff. de neg. gest. l. liberto. §. fi. & l. licet. §. si plures. s̃. e. ff. de ꝓcur. & l. nihil. s̃. eo. Et istæ allegationes sunt hîc in gl. Allegat̃ etiã. ff. de ꝓcur. l. si qs cũ ꝓcuratorio. in prin. & l. q ꝓprio in prin. eo. tit. & in qualibet earũ no. Nõ ob. l. furti. §. si qs alieno. quia ibi, subaudi maximè. Nõ ob. hæc. l. qa hîc notat̃ facti accidẽtia, qđ dñs nũq̃ fuit in iudicio. Vel expone non fuit in iudicio: scilicet aliqñ. Subdit gl. qđ de cõsuetudine vterq̃ condẽnat̃, vt opi. oĩm seruet̃. Sed de iure cõi, teneo opi. Ioã & Bul. quæ est vera, sicut deus est in cęlis. Et oñdo p rõnẽ, Regula gñalis est, ꝙ quęcunq̃ gerimus, nisi in nr̃a persona initiũ sumãt: etiã inutilem actũ efficiũt: vt. l. quæcũq̃. ff. de act. & ob. Et ideò in cõtractibus, si ꝓcurator est p̃sens: & tu ꝓmittis dño, nõ ꝓcuratori p̃senti, cõtractus est null⁹: vt no. in. l. stipulatio ista. §. si qs insulã. ff. de verbo. ob. & de stip. ser. l. j. tex. est in. l. eũ qui. §. Iulianus.
c ff. de cõsti. pecu. Ita in ꝓposito [c]. cũ iste quasi cõtractus, q celebrat̃ p sñiam: vt. l. iij. §. idem scribit. ff. de pec. & ibi notat̃. ideò si agat̃ p ipsum ꝓcuratorem requirit̃, ꝙ in eius p̃sona initium sumat aliâs actus est inutilis. & ista est veritas. ¶ Modò intelligatis hãc leg. & ꝓpter hoc dico ꝙ in quolibet actũ, q celebrat̃ in ipso iudicio idem dicendum est. Nã si fiat litis cõtest. in qua lit contest. etiam quasi cõtrahit̃: vt no. in. l. ij. §. fi. de præto. stip. verba litis contesta. debẽt referri ad p̃sonas ipsorum cõtestantium litẽ: & sic in quolibet alio actu: & hoc est fundamentũ
6 istius materiæ. ¶ Modò ꝓcedo, qd e cõuerso? † po-
d ne, ꝙ litigiũ est agitatũ [d] p procuratorem: tñ dñs est præsens tpe sñiæ: in quẽ debent ꝓferri verba sentẽtiæ? videtur ꝙ in dominũ: vt hîc videt̃ sentire glos. respondẽdo ad hanc. l. in secũda responsione. in contrarium facit. l. procuratoribus. s̃. de procura. & ff. de procu. l. mutari. vbi dicit glo. quòd dominus superueniens, oĩa ex integro debet agere, vt in eũ trãsferatur iudiciũ. Ad idem. ff. de ꝓcura. l. in causæ. §. sed & si ex parte. vbi dicit gl. ꝙ ꝓcurator debet cedere dño ius instantiæ, vt ipse possit litigare. ¶ Breuiter pro huius declaratione debetis scire: ꝙ ad hoc vt sñia valeat, requirit̃ ꝙ verba sentẽtiæ referant̃ ad eũ qui tũc est præsens: vt. s̃. dixi. Itẽ reqrit̃ ꝙ ille in quẽ fert̃ sñia, habeat ius ĩstãtiæ: aliâs reperiret̃ sñia lata sine ĩstãtia, q̃ eẽt ipso iure nulla vt. l. ꝓlatã. j. e. ¶ Hoc præmisso scias, ꝙ domin⁹ superueniẽs qñq̃ vult habere ius directũ ĩstãtiæ noĩe suo: & tũc oportet ꝙ omnia denouo fiãt, secũdũm gl. quæ est ĩ. d. l. mutari. ꝙ fiat vnico actu dicẽdo sic, do libellũ ꝓut dedit procurator: litẽ contestor, vt fecit ipse, & similia. & sic vnico actu oĩa repetent̃. Quãdoq̃ dñs directũ ius ĩstãtiæ vult habere ex p̃sona ꝓcuratoris: & tũc oportet ꝙ fiat cessio, secũdùm qđ no. in. d. l. in
7 causæ. ff. de procura. §. sed & si ex parte. † Qñq̃ dñs vult vti iure instãtiæ vtili, sibi cõpetenti ipso iure. Nã scias, ꝙ oĩm quæ in iudicio agitant̃ quærit̃ dño [e] vtilis, sine cessione: vt. l. in causæ. in fi. de ꝓcurat. & in. l. in omnib⁹. de præto. stip. Facit optimè ad p̃dicta. qđ no. in. l. iij. §. si ex cõuẽtione. in vlt. gl. ff. de re iudica. Tũc si dñs vult, ex vigore istius vtilis instanti, poterit in eũ ferri sentẽtia, & valebit. & sic [f] verba sentẽtiæ in eius p̃sonã debebũt ꝓferri, p rationes prędictas. Nõ ob. l. procuratoribus. s̃. de ꝓc. qa fateor, ꝙ inuito ꝓcuratore, nõ põt dñs assumere iudiciũ: sed eo volẽte, & tacẽte, sic: vt. l. quæ oĩa. in & ibi no. ff. de procu. Item, non ob. mutatio, quę fit de directo, iure instãtiæ ad vtile. l. q̃q̃. §. Iulia-
e nus. de aqua plu. arcen. & quod ibi no. [e] per Dyn.
f ¶ Iuxta prædicta [f] quæro † retẽto eo themate: ꝓcu [g]
8 rator prosecutus est litem: dñs tẽpore sentẽtiæ mittit nouũ procuratorẽ. certè idem in ipso procuratore nouo, qđ dixi in ipso dño, p easdẽ rõnes: qa ille erit in iudicio procuratorio nomine dñi, ꝓ illo iure vtili instantiæ quod cõpetit dño. ¶ Item, quæro
9 retento † eodẽ themathe [g]: lis est agitata per ꝓcura-
g torẽ tpe sentẽtiæ fuit citatus dñs ad audiendam sententiã, nõ ꝓcurator: & dñs fuit cõtumax: an valeat sententia? vr̃ ꝙ sic: qa cõtumax pro præsenti habet̃ vt. l. ꝓperandũ. §. siuaũt reus. s̃. de iudic. sed in presentẽ valeret: vt dixi. ego &c. Contrariũ in consulẽdo determinat dñs Lambertinus de rãponibus, antiquus aduocatus Boñ. & egregius doctor p er. l. procuratoribus. s̃. de procur. hoc ostendo p rationem. qñ quis mittit ꝓcuratorẽ ab initio, videtur dicere, ꝙ ipse non vult litigare p se: vt. l. j. circa fi. ff. de ꝓc. Itẽ quis nõ põt cogi personaliter venire: vt. l. fi. s̃. de ꝓcu. dñs igit̃, qui ab initio misit procuratorem, videtur dixisse, ꝙ nõ vult litigare per se: ergo nõ debet citari ipse, imò ꝓcurator: sed procurator q erat dñs litis, nõ fuit citatus, apparet ergo ꝙ talis citatio non fecit dñm contumacem: meritò sententia in eũ
10 lata, est ipso iure nulla. ¶ † Quod igit̃ dixi, ꝙ sententia põt ferri in dñm p̃ntẽ, ex vigore vtilis instãtiæ: est verũ, si ipse vult vti illo iure vtilis instantiæ: nõ [h] em̃ põt cõpelli, vt est dictũ. Et ideò in quæstione præcedẽti oportet ĩtelligi, ꝙ dñs erat ibi p̃ns ad sentẽtiã audiẽdã: aliâs esset necesse, ꝙ ex aliis actis colligat̃, ꝙ ipse vtebat̃ illa instãtia: aliâs simplex prę-
h sentia nõ sufficeret. per ea q̃ sunt dicta. s̃. [h] ¶ Venio ad
i illud [i] qđ dictũ est. s̃. in gl. vt oĩm seruetur opi. vterq̃ cõdẽnet̃. vtrũ hoc sit bñ dictũ? dominus Ray. dicit, qđ nõ. Imò ex hoc oĩm destruit̃ opin. quia pe. hoc tollit̃ reo beneficium. l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infa. vbi dicitur, qđ qui cõdẽnat̃ per procuratorẽ, non est infamis. hîc igit̃ infamaretur domin⁹, quãq̃ litigauerit per ꝓcuratorẽ: & in hoc
k residet do. Cy. Pro eis induco [k] æquiparando sentẽtiam ad contractũ. Si aliquis stipularet̃ Titio absenti, & sibi: valeret stipulatio ꝓ parte: & ꝓ parte non vt. l. si mihi & Titio. de ver. obl. ergo qñ procurator cõdẽnat̃, & dñs valet ꝓ pte p̃sente: & pro pte absente, nõ. ¶ Cõsuetudo obseruat opi. glo. & ego [k] eã sustineo de iure: & dico, ꝙ verba ista debẽt sic intelligi, quando procurator est præsens, cõdẽno ꝓcuratorẽ & dominũ: hoc est procuratorem & dominum, in persona procuratoris. Pro hoc intellectu facit. l. aduersus. & l. si duo. ff. de arbitris. & per hoc

a ¶ Nõ videt̃. de materia vide Alex. in l. j. ff. de re. iud. & in. l. j. ff. de ver. ob.

a ¶ Nõ videt̃ Vide bar. in cõsi. clxvij. inci. ꝓcurator in iudicio litigauit. vbi disputat de casu huius. l. j. & vide, qđ latè loquit̃. Andræ. Barba.

b ¶ Declaratione. sed si in iudicio p̃tim fuit dñs, & partim fuit ꝓcurator tũc est dubiũ vide bal. & Saly. in. l. ꝓcurator Alex.

¶ Adde quod Io. An. in add. ad spe. in tit. de sñia. §. q̃liter. vers. porro. dicit, tuti⁹ esse sñiam cõcipi in p̃sonam vtriusq̃.

c ¶ In proposito. Itẽ: fallit hîc ĩ summariis. & no. bart. ad reprimẽdũ. in verbo. figura iudicij. ad fi. Sed vtrũ ista. l. ꝓcedat de iure canonico? dic ꝙ nõ: vt legit̃ & not. in. c. q̃relã. de elec. & ꝙ dixit gl. in. c. cũ cãm. de dol. & cõtu. & no. bar. in l. stip̃so ista. §. pe. de verb. ob. Alex.

d ¶ Agitatũ. si iudiciũ est agitatũ per procuratorem, & dñs est p̃ns tempore sñiæ, vide bart. in. l. furioso. ff. de re iudica. Alex.

e ¶ Ibi no. vide oĩno Bar. in. l. si ꝓcuratori p̃ntis. ff. de verb. oblig. Alex.

f ¶ Iuxta prædicta. vide Bart. in. l. liberto. ff. de neg. gest. & ĩ. l. furti. §. si qs alieno. ff. de his q not. infa. & ĩ l. q ꝓprio. & ĩ. l. si qs cũ procuratore. ff. de proc. Alex.

g ¶ Themate. quid si agitatũ fuit iudiciũ cũ procuratore: posteà citatur dñs ad sñiam audiẽdã, an valeat talis sñia. hãc. q. tetigit idẽ Barto. ff. de re iud. l. furio. Et hãc leg. limita, vt per Bal. in. l. nihil. C. de proc. vide qđ no. Bar. in. l. mutari. in fi. ff. de proc. & quod dixi in. l. meminerint. j. vñ vi. & adde Bar. ĩ. l. stip̃so ista. §. si stipuler. de ver. obl. & vide gl. & Bar. ĩ d. l. nihil. & not. Bar. in. l. mutari. ff. de proc. Alex.

¶ Adde Pet. de anch. consi. cxcj.

h ¶ Dicta. s̃. vñ pro intellectu hui⁹ le. vide Bar. in. l. furi. ff. de re iu. & Bal. hoc omnino. in iij. col. Alex.

i ¶ Vide ad illud. Hanc legẽ limita nõ procedere ĩ criminalib⁹. casus est no. in. l. fi. j. de ĩiu. Sed de illi⁹ intellectu vide Bartol. in prin. huius. l. & qd in crĩalibus & in dictis. vide Bald. hîc in penul. colũ. Alex.

k ¶ Induco, & illud quod tenet gl. tenet ẽt gl. in. l. q̃relã. ĩ gl. iij. de elect. secũdũ qđ vterq̃ debeat cõdenari.

a ¶ L. hoc iure. Adde, ꝙ vnus caſus eſt ſpecialis, in quo ꝓcurator pōt agere iudicati: vt eſt tex. & ibi bar. in. l. actor. ff. de ꝓc. & vide Ludo. in. l. iiij. in prin. ff. de iudic. vt ibi habes clarè ꝑ modernos. Alex.

b ¶ In defenſore rei. q̄n qs venit, vt defenſor ſine mādato, qs debet cōdēnari. adde Bar. in. l. liber. in fi. ff. de neg. geſt. Alex. ¶ Adde, an valeat ſnīa lata cōtra ſyndicū, q litē cōteſtat⁹ n̄ eſt pau. de ca. cōſ. ccc-xviij.

c ¶ Si actori. adde qđ dictus. §. ſi actori. nō vř bñ ꝓbare hāc opi. qa ille tex. loqř ī ſtipulādo ꝓ pupillo, vř adulto. ſed melior eſt ſecūdū bal. hic tex. in. l. ſi iō. §. j. ff. de euict. q tex. eſt ſin. ſecundùm Bald. hîc. Alex.

d ¶ Syndico. vtrū verba ſnīæ referantur in pſonā tutorum curatoris, & ſyndici eccleſiæ & vide in. d. l. ſtipřo. §. pe. & ibi Ange. & cōiter docto. tenēt cōtra bar. & vide quæ dixi poſt Imo. in. l. ex contractu. ff. de re iu. & d. §. pe. Alex.

e ¶ Si arbiter reputabař, an valeat ſnīa iudicis infamis & excōicati? adde, ꝙ Bar. in. l. qdā cōſulebant. de re iudi. allegādo iſtā legē, videř fortius dicere: quòd vȝ ſnīa, & qđ iſtud de infamia, intelligiř de delegato, nō in ordinario: vt ꝑ doct. in. c. cum ſuper de offic. dele. vide gl. xiiij. q. j. ī ſum. & in. q. viij. videntur dicere, ꝙ iſtæ ſententiæ latæ ab excōicato, valeant, donec detegař infamia, pòſt nō, vide tex. in. c. ad probādū, de re iud. in ver. publicè. & cū opi. Bar. hîc videř trāſire Io. And. & d. Ant. & ab. in. c. fraternitatis. de te.

f Apprehēde. Adde Bar. in. l. j. š. de teſt. & dic, qđ exceptio hîc oppoſita: nō eſſet cōgrua niſi apponereř cā, quare eſt infamis: vt extrà de teſti. ꝑſentium. in. vj. & qđ no. Bart. in. l. iij. ff. de teſti. & in l. ad teſtiū. §. qđ dictum. ff. de teſta.

g ¶ Præſes. cōtinet Imò. hîc non ob. dicim⁹ quòd valet

11 ceſſant obiectiones factæ in contrarium. ¶ † Quæro, quid ſit econtra in procuratore actoris. procurator actoris eſt in iudicio. reus condemnatur: in cui⁹ perſonam debent referri verba condēnationis? Reſpond. in perſonā ꝓcuratoris: quia reus debet condēnari ipſi procuratori: vt. l. licet. §. ſi plures. ff. de procu. & l. accipientis. de autho. tut. Et hoc ꝑ rationem prædictā. quæcūq; gerimus &c. ¶ Aduerte, quod hoc quod dico, eſt verū in verbis cōdēnatorijs. verba autē executorra debēt referri ad dominū non ad procuratorem. verbi gratia. cōdēno titiū tali procuratori actoris ad dandū, & ſoluendū centū petita ipſi domino: nō procuratori: niſi haberet ad

a hoc ſpeciale mandatū: vt. l. hoc iure. [a] ff. de ſol. & l. ſed & ſi tantum. ff. de pac. idem dico in coniuncta perſona, quæ agit pro cōiuncta: quia verba condēnatoria referuntur ad ipſum: verba executoria condēnationis, debēt referri ad dominū: qm̄ ipſa cōiūcta perſona, nō pōt ſolutionē recipere: vt. l. iij. §. j. iudi. ſol. & l. vero procuratori. de ſolut. & l. iij. ff. ſol. matri. Ex hoc habes, qualiter tu ꝓcurator actoris, formes libellū: qa debes petere condemnari reū tibi ꝓcuratorio nomine, ad dādū, & ſoluēdū domino, non tibi: niſi de hoc habeas ſpeciale mandatum.

12 ¶ † Quæro, quid in defenſore [b] rei? breuiter, quidā

b eſt defenſor, q venit ad allegādū cauſas abſentiæ ille non condēnatur: vt. l. liberto. in fi. de nego. geſt. quidā defenſor venit ad plenā defenſionē. & tūc aut venit ad defendendū animo nouādi. & tūc ſine dubio ille cōdēnatur: vt. l. delegare. de nouati. & de nego. geſt. l. ſi ſoluēdo. de ſolutio. l. ſolutionē. quandoq; verò venit nō animo nouandi: & tūc ſi quidē domino præſente, & patiente: videtur habere mandatū: vt. l. qui patitur. ff. mandati. & ideò eſt idē quod ſuprà dixi in procuratore, ſi dominus eſt ignorās: ita quòd nō eſt mādatū tacitū, vel expreſſum: tūc cōdēnatur ipſe defenſor, & in eum fiet executio: vt. l. Plautius. ff. de procur. & cōdēnatur ipſe defenſor nomine titij. ita not. Innoc. in. c. cauſam. q filij ſint

13 legi. ¶ † Quæro, qd ī tutore & curat. & ſimil. Breuiter expedio, nos dicim⁹, qđ ver. cōtract⁹ celebrati,

c debēt referri ad pupillū. l. eū. §. ſi actori, [c] de cōſti. pecu. Ex hoc concludo, ꝙ ſi verba ſentētiæ referātur ad ipſum pupillū: licèt iudiciū agitetur ꝑ ipſum tuorē: quòd valet eadē ratiōe. et ꝑ hoc idē dico etiā ī

d ſyndico [d] eccleſiæ, quòd ſi verba ſententiæ referanř ad ipſam eccleſiam: licet litigiū agitetur per procuratorē: quòd veleat: & hoc de iure ciuili. Nec in hoc eſt diſcordia, inter ius cononicū, & ciuile: ꝑ rationē prędictā, quod plenè examinaui ī. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulā, aliâs ſi ſtipuleř. ff. de verbo. obli.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſi eſt exconmunicatus, uel infamis, & reputabatur cōtrarium: eius ſententia ualet. & nu. 2. & in defectibus nō publicè notis, ex quibus detegitur aliquē nō eſſe iudicem, ſufficit eum eſſe in quaſi poſſeßione illus iuriſdictionis, ut ſententia ualeat. nu. 3.*

4 *Exceptio contra iudicem, qualiter debeat formari?*

e SI arbiter. [e] Iſta lex habet duas lecturas. ſecūdū primā

1 h. d. † Cōmunis error excuſat. ſecūdùm ſecūdā. h. d. Caſus ſuperueniens in perſonā iudicis, ſentētiā nō extinguit. h. d. ¶ Opp. & videtur, ꝙ ex hac electiōe effectus ſit liber. vt lege Barbarius. ff. de officio præto. Soluti. ibi propter publicam vtilitatem: quia multa geſſit, & multa fe-

2 cit: hîc ſolū vnā ſentētiā dedit. ¶ Iuxta hāc. l. † quęro qd in iudice excōmunicato an eius ſentētia valeat? Reſpō. debemus diſtinguere: vt ex hac leg. colligiř: aut publicè reputabatur nō excōmunicatus: aut erat excommunicatus publicè, Primo caſu, valeat ſnīa lata ſimpliciter ſup facto: ſeu ſimpliciter facti declaratoria, aliter non cōtinens cōdemno vel abſoluo. & hoc in criminalibus, crīaliter intētatis. l. j. §. j. ff. ad turpi. Idē etiā in criminalibus, ciuiliter intentatis. l. viro. & ibi Bar. ff. ſol. mat. Idē eſſet in actione pſonali ex cōtractu. l. qd tñ. §. j. de arb. & l. ſi ꝑtor. in prin. ff. de iu. Idē in reali. l. & ex diuerſo. §. j. de rei vē. l. Pōponius. §. ſed & is ſentētia. ſecundo caſu, non: vt extrà de re iudi. c. ad probandū. & idē poſſemus quęrere in iudice infame: an eius ſententia valcat? & diſtingue, aut erat publicè infamis: aut habebatur ab oībus hoībus bonæ famæ. Primo caſu, non valet. ſecūdo, ſic ꝑ hāc. l. & quod no. ꝑ gl. ff. de teſt. l. cū lege. in fi. extrà de

3 reſcrip. c. ſciſcitatus. ¶ † Et idē in alijs defectib⁹ ex qb⁹ detegiř aliquē non eſſe iudicē, ſufficit quē eſſe in quaſi poſſeſsione illius iuriſdictionis: & illū defe-

4 ctū nō eē publicè notū: vt hac. l. cū. š. allegat. ¶ † Et

f ex his apprehēde, [f] qualiter debeat formari exceptio contra iudicē. Nō em̄ ſufficit dicere, dico te nō eſſe iudicē meū: ſed debeo adijcere, & te nō eſſe in poſſeſsiōe iuriſdictiōis: vel te ab oībus reputari nō iudicē: vt hac. l. ꝓbař. & de teſt. l. j. & quod ibi no.

1 PRæſes. † Sentētia quę nō cōtinet [g]

g abſolutionē, vel cōdēnationē, vel ęquipollēs, eſt ipſo iure nulla. h. d. ¶ Op. de. l. in ſumma. ff. de re iudica. & de arbi. l. quid tñ. §. j. Sol. ibi cōtinebař ęquipollēs ad cōdēnationē: vel abſolutionē. ¶ Op. de. l. eos j. de appel. Sol. ibi eodē mō cōtineř æqpollēs. Nā cū iudex cōfirmat primā ſnīam, ſi prim⁹ cōdēnauit videtur dānare. ſi primus abſoluit, videtur abſolue-

h re. Et per hoc vidi in ciuitate iſta [h] quandam ſnīam huius tenoris, talem reum abſoluimus: victum victori in expēſis. Sed ibi non fuit adiectum, cōdemnamus. certè illa ſnīa eſt nulla, quantùm ad condemnationē expenſarū per hanc leg. In contrarium fa-

i cit [i]. š. de fideicō. l. verbum, volo, ſed aliud in vltimis voluntatibus, quæ fiunt à teſtatoribus mortis cogitatione turbatis: vt. l. hac conſultiſsima. qui teſta. face. poſ. ſed ſnīa debet ferri deliberatè: & ſcribi, & emēdari. vt. š. tit. j. l. ij. ideò non ſubauditur verbum ibi. condemnamus: niſi præceſsiſſet ſnīa cōdēnatoria: hoc modo reum condemnamus, & victum victori in expēſis. tunc cōdēnatio valeret. Nec eſt neceſſe quod verbum ſubintelligatur: ſed omnia iſta veniunt ad determinationē iſtius verbi, cōdēnamus, quod præceſsit. Argumentum pro hoc. ff. de publica. lege prima. circa prin. & lege prima. ad legem iul. de vi.

SVMMARIVM.

2 *Ordo unius cauſæ, ſi ad aliam cauſam peruertatur, non reddit ſententiam nullam: & quid in ordine unius cauſæ ad ſeipſam? & nu. 3.*

4 *Ordo ſubſtantialis iudicij, ſi omittitur, uitiat id quod agitur. Et quæ ſint de ordine ſubſtantiali iudicij? nu. 5.*

6 *Citatio non eſt de ſolennitate ſubſtantiali iudicij.*

7 *Cauſæ cognitio fit partibus præſentibus, uel abſentibus, per contumaciam.*

8 *Sententia lata ſine cauſæ cognitione, ipſo iure nulla. & nu. 10.*

9 *Sententia, lata parte præſente, uel contumaciter abſente, præſumitur lata, cauſa cognita: niſi ex temporis breuitate aliud præſumatur.*

k PRolatam. [k] † Sentētia lata cōtra

1 ordinē iudiciarium, eſt nulla. hoc dicit. Et pone exemplum, ſi fuit omiſſa litis conteſt. vel omiſſus libellus. & ſic ſnīa eſt nulla. Modò aduertatis, opp.

2 j. de appellatio. l. prima. Huius timore, † debetis ſcire, quod quidam eſt ordo vnius cauſæ ad aliam cauſam: & iſte ſi peruertatur, non reddit ſentētiam nullam, vt. l. contraria. ad hoc. š. commu. diuidū. l. ij. & l. ſi mancipium. §. primo. ff. de euictio. Et ideò ex hoc habes, ꝙ ſi prius eſſet conuentus fideiuſſor, q̄ principalis, vel prius poſſeſſor, q̄ debitor principalis: nec de hoc eſſet oppoſita exceptio: teneret ſententia: quia peruertitur ordo vnius cauſæ ad aliam,

3 non vnius cauſæ ad ſeipſam. ¶ † Quidam alius ordo eſt vnius cauſæ ad ſeipſam: & hîc eſt multiplex.

Nam qui dam

ponius. §. ſed & is q. ff. de ꝓcu. q̄no. ad ītellectū hui⁹ le. Q̄n aūt ſnīa ſuſtēteř, ſi nō eſt verbū cōdēno, vel abſoluo, vide bal. hîc. & dixi in. l. in ſumma. ff. de re iu. ale. ¶ Adde ſecūdùm Io. an. in. addi. ad Spe. in titu. de ſententia. §. qualiter. ver. qd ſi iudex. ꝙ valeat ſententia ſi iudex dicat, ꝓnūtio, prout talis iudex pronnntiauit in tali cā de eo qui dixit pronuntio, ſecundùm cōſiliū ſapiētis. vide Ange. conſi. ccxix.

h ¶ Ciuitat e iſta. vide Imo. not. in. l. iudex poſtq;. de re iudi. & vide Bald. in. l. error. š. de iu. & fact. igno. Ale.

i ¶ In cōtrariū. facit. Adde quòd idē tenet Bal. & Ang. in. l. j. in fi. ff. de hęre. inſti. ſed Bart. ibi tenet cōtrariū. & vide Lu. in. l. j. ff. de re iu. & Bal. hîc & per mod. in §. curare. inſtit. de act. & per Imo. in l. iudex. in. iij. col. de re iudic. Alex.

k ¶ Prolatā. de hoc etiā dicit Barto. in auř. hoc ſi debitor j. de pig. Fallit, niſi iſte ordo eēt datus à principe. ita ſingulariter dicit

hîc Bal.in.iij.col. qa tunc omnino seruari debet:& an sñia non visis actis, sit nulla? vide Bal.in.l.ij.C.de eden.& vide in.l.j.ff.de fer,per Alex.
a ¶ Et iste si puertit. De puersione hac, vide etiã quæ no.scripsi post Bart. in aut.si quis.s.de testi.& no.Bar.in.l.si quæramus.ff.de testi.Alex.
b ¶ Et ideò gloss. Vide Bartol.in.l.properandum.in princ.C.de iudi.adde tñ, q in causa liberali,& monachali,non est necessaria li.cõte.tex.est & ibi Bal.in.l.iusta.s.de libe.cau.
c ¶ Ordo substantialis, si omittitur vitiat processum: al's hoc nõ est verũ in ordinario: si em cert⁹ ordo dat⁹ sit, debet ad vnguẽ seruari: lʒ nõ sit substãtialis: secũdùm Inn.in.c. ex tenore.in gl.j. circa prin.de ap.& ẽ gl.not.ĩ cle.j. de iure pat.& est tex.ĩ.l.certè.j.qñ ꝓuo.& ibi ꝑ doc. ꝑ Bal.in.l.pręscriptione.C.si cõtra ius vł vti.pub. Dixi ĩ.l.vniuersa.& Bal.hîc. Alexan.
¶ Adde, an ordo vitiet processum. Bal.cõsi.cccxxxviij.iiij.vo.& adde qd' voluit Specu.in tit.de pe.& pos.§.j.versi.qd si primo.vbi tenet, q licet lata sit prima sñia sup proprietate, q nõ ꝑ hoc est, qn valeat.& hoc clarius seqtur Abb.in.c.cũ dilectus. extra de cau.pos.& prop.
d ¶ De substantia. Vide notata per Bald.de vindi.lib.

a Nã quidã est ordo sentẽtiæ:& iste si peruertitur,[a]
reddit sententiam nullam:vt.s.titulo.j.l.ij.Idem si
peruertatur substantia sententiæ:quia non continet
absolutionem,vel condemnationem:vt.s.l. proxi.
& de istis non potest poni exemplum in hac.l.Et
b ideò glos.[b] in princip.sui reprehendit opinio.quorundam:&
bene.Quidam est ordo instantiæ ad sen
tentiam,seu formam iudicij:tũc loquitur.l.nostra.
& ideò ponunt exemplum,quòd omissa fuit litis
contest.qui ordo peruersus sententiam reddit ipso
iure nullam.¶ Quæro:pro huius declaratione,quis
est ordo iudiciorum? Glo.tua ponit hîc multa,quã
vide.& vtrùm bene dicat,statim dicam:ibi solennitas
omissa,in ipsa sententia:nõ in iudicio.¶ Pro gl.
4 huius declaratione,debetis scire:† quòd ordo substã
c tialis,[c] si omittitur:vitiatur id,quod agitur:secus in
ordine,qui non est de substãtia:vt.l.j.circa fi.de ven
tre inspi.C.de testa.l. præposterẽ.¶ Modo viden-
5 dum est,† an omnia quæ ponuntur in gl.sint de or-
dine substantiali? Specu.in secunda parte sui libri,in
prin.& Hosti.in sum.de re iu.videtur dicere,quòd
non sint omnia illa substantialia:sed de substãtia est
libelli oblatio:lit.conte.& iuramentum de calum-
nia,citatio:& posteà quòd sententia feratur in scri-
ptis congruo loco:seruatis solennitatibus positis.s.
titu.j.Sed hîc examinatio,& publicatio,non sunt
de ordine substantiali:licet hîc glossa aliter dicat.
¶ Quid dicemus? dico q illud dicitur esse de sub-
d stantia[d] illius rei,quo cessante,res esse non potest:vt
l.pacta.ff.de contrahen.empt.vbi dicitur,quòd res
& pretium sunt de substantia emptionis.Nam em-
ptio sine his esse non potest:& euictio est de natu-
ralibus emptionis.Alia autem dicuntur accidenta-
e lia.Modò ad propositum.si remoueremus[e] exami-
nationem testium,vel publicationem:sententia est,
& esse potest.Nã non est de necessitate quòd pro-
betur per testes:quia multa possunt probari per cõ
fessionem,& instrumenta,quæ sufficiunt ad senten
tiam:& ideò si testibus non scriptis,vel non publica
tis:est sententia lata:tunc dicitur lata,contra ius liti-
gatorum:non contra substantialem ordinem iudi-
ciorum.Idem tenebat do.Iac.bu.& idem dico in iu
ramento calumniæ,cum ipsum possit omitti:vt.l.
ij.§.sed quia veremur.de iura.calũ.& extrà de iura.
calum.c.j.libr.vj.meritò non est de ordine substan
tiali:quicquid gl.& dicti doct.dicãt.Et ideò puto,
q si prius iuretur de calũnia:posteà contestetur lis,
nõ erit sentẽtia nulla.Cũ em nullo mõ esset iuratũ,
6 teneret sentẽtia:vt dictis iurib⁹.¶ Quæro:† vtrùm
citatio sit de solennitate substantiali? Prædicti do-
cto.dicunt quòd sic:vt dixi.s.& credo quod habeãt
bonum intellectũ.Vos autem dicatis aliter.de sub-
stantiali solennitate iudiciorum est causæ cognitio.
Nam sententia lata sine causæ cognitione,est nulla.
vt.j.eo.l.ex stipulatione.& commi.vel episto.l.fi.
7 ¶ † Causæ autem cognitio,dicitur fieri,[f] quando fit
f partibus præsentibus,vel partibus contumacibus,
& absentibus:vt.ff.de mino.l.in causæ.§.causa co-
gnita.Et ideò si partes semper essent sponte præ-
sentes,non requireretur citatio.Et illud quod dicti
doct.dicunt:q citatio est de necessitate:est verum
ad hoc,vt parte absente cõstituatur ipsa in contuma
cia:vt.l.cõsentaneũ.& aut.q semel.s.qũo & qñ iud.
8 ¶ Quæro,iuxta prædicta.† Reperitur libellus litis
cõte.iuramẽtũ de calũnia,citatio ad sententiam,&
sententia lata.Opponitur,q sententia est nulla ipso
iure:quia non præcessit causæ cognitio:an sit iusta
ista oppositio? videtur q sic,ex prædictis:quia cau-
sæ cognitio nõ apparet:quia nõ apparet datus ter-
minus ad probandum:nulla data dilatio ad iurium
9 productionem:& non sit cognitum de causa.† Con-
g trarium puto.[g] Sufficit enim sententiam esse latam,
præsente parte,vel contumaciter absente:vt dicatur
factum causa cognita:aliâs causæ cognitio præsume
10 tur ex hoc:vt.d.l.in causæ.§.causa cognita.† Prædi-
cta vera,nisi ex breuitate temporis aliud præsuma-
tur.Quid enim si statim post lit.contest.intra mo-
dicos dies,iudex dedit diffinitiuam sentẽtiam certè
ex hac breuitate temporis,potest præsumi q iudex
h nõ fuit instructus.[h] & tũc puto istã sñiam nullã,tãq
11 latã subitò,& sine causæ cognitiõe:vt.s.ti.j.l.ij.† &
terminari deberet secũdũ causę cognitionẽ:vt.j.e.l.
i ex stipulatiõe.& .d.l.fi.cõmi.vel epi.ꝓ hoc plenè.[i]
extra de restit.in integ.c.cũ ex literis.circa mediũ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia sub modo lata,num efficax sit?*
2 *Quæstio priuatorum,si dependeat à causa fiscali,procurator Cæsaris est iudex.*

e ¶ Remouerem⁹. no.quod omisio publicationis processus,vt testium,non vitiat processum:quod limita secũdùm gl.in.c.fi.de hæreti.in.vj.in verbo,iudicia,nisi fuerit petitum.quod videtur tenere Inn.in.c.cum.I.&.A.extrà de re iu. quod no. Et adde quod Bal.in.c.j.si de inue.inter do.& vasal.lis oria.concludendo dicit,quòd publicatio testium omissa,non reddit iudicium nullum:secundùm gl.sed tamen sentit contrà hîc.Nam sine illis testibus,sententia lata est aliqua,& maximè absolutoria.&.l.cum putarem.fa.er.&.l.eo tempore.de pecu.&.l.si non sortem.§.hæredi.& quod ibi glo.de condi.inde.& vide Bal.in prælle.loco concludentem,quòd vna pars potest cogere aliam ad concludendum in causa.& multa allegat.& inter cætera alle.Inn.in.c.pastoralis.de cau.pos.& alia iura,quæ ibi. Vide per eum latè,& maximè: qnia est de ordine iudiciario in.c.quoniam contra.de proba.& latè per do.Anto.in.c.pastoralis.& de dicta publicatione adde ea quæ dixi in.l.j.§.fi.de præto.stipu. Vide tamen ad prædicta glo.& Bar. in.l.solam.s.de testi.& vide Bart.ad reprimen.in verbo.figura iudicij,& ibi etiam de conclusione in causa.& per docto.in.d.c.cum.I.&.A.& per Imo.in.l.diuus.ff.de re iu.in.iij.col.Et an publicatio testium sit de substantia.& vide glo.in.l.solam.s.de testi.& ibi Barto.& Bal.in.l.gesta.j.de re iud.& quod not.Bar.in aut.at qui semel.s.de proba.ver.circa tertium. Et de istis publicationibus,vide quod no.Inn.in.c.Albericus.de testi.et vide quæ dixi post Bart.in.l.j.ff.de in ius vo.& not.Inn.in.c.j.de iudi.et Abb.in.c.cum dilectus.de fi.instru.Alex.¶ Adde,q omisio publicationis testium,non vitiat sententiam:maximè si à parte non fuerit petitum, consuluit Pet.de Anch.consi.lij.incip.omisio publicationis.
f ¶ Dicitur fieri. An præses debeat citari? adde quæ dixi in.l.j.ff.de in ius vo.et dixit Bal.in.c.j.de mili.vasal.q cõtu.est.q si præsens,et instructus, et aliâs cõparuit,nõ est citãdus:aliâs potest declarare mãdatum,quod sit sibi ex prouisione.allegat Ioan.An.in nouel.in.c.j.de iudi.Et ad Bar.hîc adde eũ in.l.cũ iudex.j.eo.& Bal.in.l.cũ fratrẽ.in fi.de his qui.vt indi.& adde in rub.s.de in ius vo.Alex.¶ Adde,q præsentes sentẽtiæ sint citandi laudat Io.an.in addi.ad Spe.in ti.de sentẽtia.§.vt autẽ.ver.& nota.
g ¶ Cõtrariũ puto. In fin.ver.& ver.seq.& sic de substãtia iudicij non sunt probationes.vt est tex.in.l.posthumus.§.si qs ex his.ff.de inoffic.test.& in.l.cũ putarẽ.fa.ercis.quæ iura ad hoc alleg.Bald.in l.si & minores.C.si aduer.rem iudica.& in.l.ij.in.iij.co.C.de edẽ.No.doct.in.c.ecclesia sanctæ Mariæ.& de cõsti.& reprobata ĩ gl.in cõtrariũ.& vide Abb.ĩ.c.afferte.de præsum.& Bal.ĩ.l.iudices.s.de iu.An citatio sit de solẽnitate iudicij.& ĩ cui⁹ fauorẽ sit inducta citatio? vide Bart.in.l.ea quæ.C.qũo & qñ iud.
h ¶ Instructus. Nota,ex breuitate tẽporis,pręsumiẽ ñ ĩteruenisse causæ cognitio.Istud dictũ sequitur dñs Anto.& Moder.in.d.c.ij.de re iu.& ĩ.c.post electionẽ.de cõces.præbẽ.& ĩ.c.vr̃a post mediũ.de cohab.cle.& mu,& in.c.eccl'ia sanctę Marię.de constit.per Pet.,de ancha.in c.j.de re iudica.in vj.Et vide aliqua pulchra dicta in si mili.in.c.si pro debilitate.ĩ.x.col.de offic.deleg.per Moder.in.l.eum qui.ff.de iurisdi.om.iud.vide oĩno Bal.in cõsil.inci. dominationibus magnificis,& illustribus,circa fi.Alex.¶ Adde Bal.cõsi.ccciiij.j.vol.inci.longũ thema.vbi dicit,q sententia lata breui tẽpore in cõfessum,etiã nullis dilationibus pręcedentibus,tenet Pet.de anch.consilio cclvj.& de sententia lata breui spatio,vide Pau.de cast.consi.cxcviij.
